

www.e-rara.ch

**Pavli Iovii Novocomensis Episcopi Nucerini Elogia Virorum literis
illustrium, quotquot vel nostra vel avorum memoria vixere**

Giovio, Paolo

[Basel], M D LXXVII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-132417>

Politianus

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Politianus.



POLITIANVS à prima statim iuuenta admirabilis ingenij nomen adeptus est: quum nouo, illustrique poemate Iuliani Medicis equestres ludos celebrasset, Luca Pulcio nobili poeta omnium confessione superato, qui Laurentij fratris ludicrum equestris pugnae spectaculum, iisdem modis & numeris decantarat. In id enim è Græcis atque Latinis delectos flores populo stupendos contulisse censebatur: nec multo post Iuliano à Pactijs in templo immaniter interfecto, eius vindicatae coniurationis historiam Latine, ornatissimeque perscripsit: professusque demum in gymnasio Græcas pariter, Latinasque literas, tantos de se excitauit clamores, fauente iuuentute, ut Demetrius Chalcondyles vir Græcus, præstantique doctrina, uti aridus atque ieiunus à discipulis defereretur. Exinde Herodianum Romanè loquentem publicauit, cunctis haud du

biè crepta laude, quid generis munus ante susceperant, quanquam emuli eam translationem, vti nos a Leone pōtifice accepimus, Gregorij Tiphernatis fuisse dicerent, quòd pāssim inducto fūco, & falsis neuorum coloribus interlita, alieni styli habitum mentiretur. Sed eadem præcellenti studiorum omnium vbertate florentem, post editam Miscellaneorum centuriam: publicataque Latina poemata, immatura mors oppressit. Erat distortis sæpe moribus vti facie nequaquam ingenua, & liberali, ab enormi præsertim naso, subluscoque oculo per absurda, ingenio autem astuto, aculeato, occulteque liuido, quum aliena semper irrideret, nec sua, vel nō iniquo iudicio expungi pateretur. Ferunt eum ingenui adolescentis insano amore percitum, facile in lethalem morbum incidisse. Correpta enim cithara, quum eo incendio, & rapida febre torreretur, supremi furoris carmina decantauit: ita, vt mox delirantem, vox ipsa, & digitorum nerui, & vitalis denique spiritus, inuerecunda vrgente morte, deferrent: quum maturando iudicio integræ, statæque ætatis anni, non sine graui Musarum iniuria, doloreque seculi, festinante fato eriperentur. Vix enim quadragesimum quartum ætatis annum attigerat. sed eo præproprio vitæ exitu profectò felix fuit, quòd imminentem conuulsæ Medicæ domus ruinam effugerit. Tumulo autem hoc carmen Crinitus discipulus affixit.

*Hic, hic Viator paululum gradum siste,
Vatem potentis spiritus vides clarum:
Qui mente promptus acris, & arduum spirans,
Ac summa quæque, & alta consequi suetus.
Is ille ego Angelus Politianus sum.
Fouit benigno me sinu Flora, & illic
In Fata cessi, Parthenopæos Reges,
Cum Gallica arma irruerent minabunda.
Tu vale, & hoc sis meriti memor nostri.*

Eiusdem

*Siren relicto Daunio
Quærebat vbi consisteret:
Diuque vagula deuolans
Accessit amnem lassula
Arni fluentis leniter:
Et commorata satis, iter
Parabat inceptum sequi.
Sed ecce dum vaga subuolat,
Audi repentè rem nouam,
Nouosque numeros, & nona
Carmina canentis Angeli.
Itaque statim in labra conuolat
Dulci lepore perlita:
Et, inquit, hic libet agere,
Hic, hic morabor sedulo:
Vbi Gratia, Decor, & Venus
Tam blanditer simul canunt:*

Carmenque

*Carmenque fundunt aureum:
Tu nunc valebis Daunie.*

Petri Bembi.

*Duceret extincto quum mors Laurente triumphum,
Lataque pullatis inueheretur equis:
Respicit insano ferientem pollice chordas,
Viscera singultu concutiente virum.
Mirata est, tenuitque iugum: furit ipse, pioque
Laurentem cunctos flagitat ore Deos.
Miscebat precibus lachrymas, lachrymisque dolorem:
Verba ministrabat liberiora dolor.
Risit, & antiquæ non immemor illa querelæ,
Orphi Tartaræ quum patuere viæ.
Hic etiam infernas tentat rescindere leges:
Fertque suas, dixit, in mea iura manus.
Protinus & flentem percussit dura poetam:
Rupit & in medio pectora docta sono.
Heus sic turaptus, sic te mala Fata tulerunt,
Arbiter Ausoniæ Politiane lyræ.*

Incerti.

*Politianus in hoc tumulto iacet Angelus, vnum
Qui caput, & linguas, res noua, tres habuit.*

Herculis Strozæ.

*Quis Lycias sortes? quis Phthiæ carmina vatis?
Transmisso Deliquis neget huc Tripodas?
Quippe hic assidue Phæbus, Musæque parentant,
Et caros lachrymis sæpe lauant cineres.
Quin si Fata velint, tegerentur numina sub quæ
Angelus obdormit Politianus humo.*

Cæsar Scaligeri.

*Ante tuo quàm te nossẽm de pectore, non te,
Aiebam, decuit Politiane mori:
Siue mori decuit: sed non decuisse fatebor,
Ah, sic ab iuuenem Politiane mori.
At diuina semel noui dum pectora, dixi.
Nec iuuenem, nec iam Politiane mori.*

Latomì.

*Hoc tumulto Charites, lepor, & bona Suada, iocique,
Et Musæ, & Phæbus, pleetra, chelysque iacent.
Cuncta obiere simul (neque enim sunt visa deinceps:
Nec vixit fuluis laurus, vt antè, comis)
Verus vt ille pudor Graiũm, columeque Latinũm
Angelus arguta desijt in cithara.
Nam fuit hæc (miserum) seuæ culpa altera Parca,
Cantantis filum præsecuisse viri.
Ah, seuũm potuit qua flectere corda ferarum,
Non potuit duram flectere voce Deam.*